



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 1.1

familia est in Hispania.	
Hadrianus est puer Romanus.	
Paulina est mater Hadriani.	
Afer est pater Hadriani.	
Domitia Paulina est soror Hadriani.	
Hadrianus in Hispania habitat.	
Hispania est provincia Romana.	
Afer est senator Romae.	
Hadrianus est filius Afri et Paulinae.	
Paulina est uxor Afri.	

## Ex. 1.2

familia	
familiae	
senator	
Romae	
Paulinae	
uxor	
Hispaniae	
mater	
filius	
pater	
Hadrianus	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 1.3

Paulina is a Roman wife.	
Hadrian is the son of Paulina.	
The mother of Hadrian lives in Spain.	
The father of Hadrian is a senator.	
Afer's family lives in the province of Spain.	

## Ex. 1.4

Afer, Afri, m - Afer	2
familia, familiae, f - family	
filius, filii, m - son	
Hadrianus, Hadriani, m - Hadrian	
pater, patris, m - father	
Paulina, Paulinae, f - Paulina	
provincia, provinciae, f - province	
puer, pueri, m - boy	
Roma, Romae, f - Rome	
senator, senatoris, m - senator	
uxor, uxoris, f - wife	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 2.1

Afer est in casa.	
Afer et Paulina sunt in casa.	
Domitia Paulina est filia Afri et Paulinae.	
Domitia Paulina et feles sunt in agro.	
Domitia Paulina et Hadrianus sunt in Italica.	
Hadrianus est puer.	
Domitia Paulina est puella.	
Domitia Paulina et Hadrianus sunt liberi Afri.	
feles Domitiae Paulinae est in culina. feles est Horatia.	
asini sunt in agro.	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 2.2

puella - nominative plural	<i>puellae - first declension</i>
puer - nominative singular	
asinus - genitive singular	
asinus - nominative plural	
familia - genitive singular	
mater - genitive plural	
pater - nominative plural	
puella - genitive singular	
asinus - genitive plural	
Paulina - genitive singular	
soror - genitive plural	

## Ex. 2.3

The donkey of Afer is in the house.	
The mother of Hadrian is Paulina.	
Afer and the donkey are in the field.	
Domitia Paulina is the sister of Hadrian.	
The mothers of the families are in the kitchen.	
The fathers are in Spain.	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 3.1

Paulina Gades desiderat.	
Paulina et familia Gades visitant.	
Hadrianus clamat, "Gades visito!"	
Hadrianus et Domitia Paulina vocant, "Gades visitamus!"	
Paulina rogat, "cur ridetis, liberi?"	
Hadrianus clamat, "rideo quod laetus sum, quod Gades sunt optimae!"	
Domitia Paulina stat in mari et vocat, "mater, sto in mari!"	
Paulina fessa in umbra sedet. Afer urget, "liberi, mater est aegra."	
Afer tristis est quod Paulina aegra est.	
Afer flet. Hadrianus rogat, "pater, cur fles? cur non rides?" Afer diu tacet.	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 3.2

<i>habetis</i>	<i>you (plural) have</i>
stant	
vocamus	
flet	
rides	
sedetis	
flemus	
rideo	
urgens	
desiderat	
vocas	

## Ex. 3.3

We weep.	
They stand.	
I sit.	
You (plural) shout.	
You (singular) call.	
We smile.	
He sees.	
We long for.	
You (plural) call.	
She stands.	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 4.1

Paulina est mortua. Hadrianus matrem mortuam videt et flet.	
Domitia Paulina Hadrianum tenet. puer est commotus.	
Hadrianus patrem rogat, "cur mater mortua est?" Afer uxorem Paulinam desiderat et nihil respondet.	
Afer liberos videt et flet. filiam et filium tenet. liberi patrem tenent. omnes tristes sunt, quod matrem et uxorem desiderant.	
liberi et pater corpus Paulinae in sepulcrum locant. liberi patrem iuvant. omnes flent; nemo ridet.	
Afer prope sepulcrum uxorem laudat. diu manet et tacet.	
pater filiam et filium spectat. miseros liberos videt. clamat, "Paulina, cara Paulina, mortua es, et nihil habemus."	
cor Afri est fractum. aeger est. in casa Hadrianus et Domitia Paulina timent.	
Afer febrem habet et uxorem vocat. febris liberos terret. clamant, "quid habemus, si pater mortuus est?"	
Afer mortuus est. liberi in casa soli sunt. miseri terram spectant.	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 4.2

puerorum	<i>Gen Pl, 2nd</i>
liberos	
uxorem	
filias	
terrae	
Paulinam	
patres	
corporis	
matrum	
liberi	
Hadriani	

## Ex. 4.3

Hadrian bites the donkey.	
The donkey bites Paulina.	
The father sees the son and the daughter: they are children.	
Mother is dead. The children are silent and stand near the tomb.	
Afer misses (his) dear wife. He praises Paulina.	
The children are sad because father is ill.	





# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 5.1

femina ad ianuam casae venit. dicit, "Anna sum. sum ancilla Traiani. dominus me huc venire iubet."	
Hadrianus tacet. Domitia Paulina rogat, "quis est Traianus, et cur te huc mittit?"	
"Traianus est filius fratris matris Afri. Afer et Traianus sunt consobrini."	
"cur te huc mittit? quid reperire cupit?"	
"me liberos consobrini ducere ad villam et curare iubet. venite mecum! nolite timere!"	
Hadrianus ancillam audit et intellegit. non diutius timet. Domitia Paulina quoque ridet.	
Anna liberos ad villam Traiani ducit. Traianus in ianua stat. dicit, "avete, liberi. quid agitis?"	
Hadrianus et Domitia Paulina dicunt, "ave, domine." deinde tacent.	
Traianum et villam magnificam timent. deinde uxor Traiani venit.	
Plotina liberos videt et ridet. "intra Hadriane, intra Domitia Paulina", inquit, "et sedete." Plotina est femina benigna. liberi non diutius timent.	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 5.2

estis	<i>sum, you (pl) are</i>
regunt	
audis	
habemus	
esto	
habere	
audi	
vocate	
vocat	
regitis	
voco	

## Ex. 5.3

they rule	
to be	
we hear	
she is	
we call	
you (pl) have	
call! (pl)	
I have	
they are	
I am	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 5.4

audite matrem, <b>liberi!</b>	
voca patrem, <b>Hadriane!</b>	
videte senatorem, <b>Romani!</b>	
noli clamare, <b>puella!</b>	
tace, <b>puer!</b>	
spectate sepulcrum, <b>senatores!</b>	
audi asinos in agro, <b>pater!</b>	
voca liberos, <b>uxor!</b>	
nolite timere, <b>pueri!</b>	
laudate mortuos, <b>asini!</b>	

## Ex. 5.5

Call father, <b>Hadrian!</b>	
Hear me, <b>Paulina!</b>	
Help mother, <b>children!</b>	
Be silent, <b>Afer!</b>	
Sit down and shut up, <b>father!</b>	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 6.1

Anna fratrem Hadriano ostendit. "Hannibal" inquit, "est frater meus."	
Hadrianus Domitiae Paulinae dicit, "imperator Carthaginiis est! Hannibal adest!"	
Domitia Paulina fratri dicit, "tace! noli tam stultus esse! Hannibal est servus Traiani et Plotinae!"	
Hannibal liberis cibum dat. panem et aquam Domitiae Paulinae et fratri fert.	
"gratias tibi ago." Hadrianus dicit. "cibus mihi placet. nonne tibi placet, Domitia Paulina?"	
Traianus intrat et dicit, "in memoriam Afri ludos in amphitheatro dare cupio."	
liberi gratias avunculo agunt. Plotina quoque gratias marito agit.	
Traianus clamat, "gladiatores habere debemus! ursas, apros, tauros populo ostendere cupio!"	
Traianus ludos aperit. in sella praetoris ludorum sedet. ludi civibus Italicae placent. cives Traiano gratias agunt.	
Hadriano somnium aprorum et ursarum est. in somnio venator est.	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 6.2

asinus - dative plural	<i>asinis</i>
puer - dative singular	
dominus - dative plural	
puella - dative plural	
mater - dative singular	
soror - dative plural	
liber - dative plural	
asinus - vocative singular	
aper - dative singular	
ursa - genitive plural	
Traianus - dative singular	

## Ex. 6.3

The children give water to the donkey.	
The hunter shows the bears and the bulls to Anna and Hadrian.	
Domitia Paulina says to Hannibal, "give the food to me!"	
He shows the food to Hadrian and Domitia Paulina. They give the bread to the donkey because the children do not like it.	
The citizens like the games and say thank you to Trajan.	

## Ex. 6.4

pueris	<i>Dat Pl, 2<sup>nd</sup></i>
patribus	
ludo	
ursae	
matres	
aprorum	
patres	
liberis	
matrem	
matri	
mihi	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 7.1

Hannibal cubiculum Hadriani intrat. ridet et magna voce clamat, "veni, Hadriane! equus tibi adest!"	
Hadrianus dormit. Hannibalem non bene audit. in somnio ad venationem equitat. sed Hannibal puerum excitat.	
equus in stabulo stat. equus est magnus corpore et fortis. Hadrianus laetus est et ridet.	
Hadrianus rogat, "quis est equus nomine?"	
Hannibal respondet, "nomen equo est Bucephalus."	
Hadrianus equitare cupit. sed difficile est equum conscendere.	
tandem magna difficultate in equum sedet et a stabulo equitat.	
Hadrianus somnium memorat et celeriter equitare cupit. puer frenis equum temperat.	
sed periculosum est equitare! Hadrianus ex equo ad terram cadit. sanguis fluit.	
"debes multum de equis discere, Hadriane," dicit Traianus. "non cupimus te mortuum videre. equi sunt semper periculosi!"	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 7.2

mater Hadriani febre mortua est.	
pater Domitiae Paulinae mortuus est corde fracto.	
Hadrianus clamore commotus est.	
Hannibal Hadrianum in cubiculo excitat.	
Anna equum Bucephalum Hadriano laeto corde ostendit.	
in stabulo magno Bucephalus laetus est.	
"ex equo descende, Hadriane!"	
Hadrianus equum frenis in stabulum ducit.	
Bucephalum asinus in stabulo mordet.	
"asine, es pessimus!" Hadrianus magna voce clamat.	

## Ex. 7.3

Trajan terrifies Domitia Paulina with his shouting.	
Hadrian sits in the shadow of the house.	
Bucephalus is tired from the games of the donkey.	
The children are upset by the tomb of their mother and father.	
Do not weep, Hadrian. You are upset by a dream.	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 7.4

Bucephalus stands in his stable.	
The family lives in Spain.	
Enter into the house, boy!	
They come to the villa.	
Anna and Hannibal come to the field.	

## Ex. 7.5

The family comes to Cadiz.	
Hadrian desires to live in Rome.	
The children come from Italica. They find their mother's tomb in the road.	
The horse comes out of the stable.	
Hadrian comes home. He calls Hannibal out of the house.	





# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 8.1

stabulum Bucephali est magnum. nomen equi est in ianua.	
Hadrianus e stabulo ad amphitheatrum equum ducit. amphitheatrum est prope villam.	
ab amphitheatro ad sepulcrum familiae equitat. sepulcrum est in via prope urbem.	
Hadrianus ex equo descendit: sepulcrum spectat, ubi corpora patris et matris iacent. puero cor triste est.	
puer corpora non videt. sed nomina Paulinae et Afri in sepulcro legit. in silentio stat.	
Traianus sollicitus est quod Hadrianus tam tristis est. puerum ad venationem invitat.	
Hadrianus ad cubiculum venit. laetus est quod venator esse cupit.	
cubiculum parvum est. in cubiculo puer dormit. somnium de venatione rursus habet.	
in somnio aprum magnum capit. aper ferox est et celer.	
post venationem aper Hadriani in amphitheatrum venit. venatores in amphitheatro aprum necant.	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 8.2

corpus - accusative plural	<i>corpora</i>
somnium - genitive singular	
cor - ablative plural	
frenum - accusative singular	
sepulcrum - dative plural	
mare - ablative singular	
stabulum - genitive plural	
amphitheatrum - nominative plural	
nomen - ablative singular	
frenum - vocative plural	
bellum - dative singular	

## Ex. 8.3

stabulum Bucephali est magnum quod magnus est equus.	
Hadrianus tristis est ubi prope sepulcrum stat.	
Traianus ad venationem Hadrianum invitat, quod puerum laetum videre cupit.	
nomen equo est Bucephalus, quod Alexander Magnus equum Bucephalum nomine habuit.	
Hannibal Hadrianum ad stabulum ducit, ubi Domitia Paulina equos spectat.	
Domitia Paulina equitare cupit sed puella in casa manere debet.	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 8.4

Hadrian desires to ride to the hunt because he desires to capture a boar.	
Domitia Paulina is not happy because she must stay in the house.	
The children see the name of Bucephalus on the door of the stable but they do not see the donkey's name.	
Anna and Hannibal look after the donkey because he remains alone in the stable.	
The donkey bites the door of the stable because Bucephalus is not present. Donkeys are always biting!	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 9.1

magister de Graecis in ludo narrat.	
Homerus est poeta Graecus. Homerum magna difficultate Domitia Paulina legit.	
Hadrianus dicit, "noli commota esse, Domitia Paulina. difficile est sed placet mihi te iuvare."	
magister dicit, "noli commota esse, Domitia Paulina. puellae in casa manere debent. non necesse est tibi legere."	
sed Domitia Paulina irata est et dicit, "cur puellis non necesse est legere? non sumus stultae."	
magister dicit, "non stultae estis sed necesse est feminis liberos curare. non necesse est puellis discere eadem ac pueris."	
Hadrianus dicit, "mihi necesse est militare. deinde senator esse cupio. tu uxor senatoris et mater liberorum esse debes."	
Domitia Paulina dicit, "si uxor sum senatoris, non necesse est mihi militare. optimum est!"	
magister dicit, "bonum est militare, bonum liberos curare. sed optimum est litteras Homeri legere."	
liberi rursus legunt.	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 9.2

Romanus - masculine dative plural	<i>Romanis</i>
miser - feminine genitive singular	
territus - neuter nominative plural	
difficilis - masculine accusative singular	
tristis - feminine genitive plural	
magnificus - neuter accusative plural	
multus - masculine genitive singular	
benignus - neuter nominative plural	
fortis - feminine ablative singular	
fractus - masculine vocative plural	
laetus - feminine dative singular	

## Ex. 9.3

multi sunt cives Italicae.	
puellae Romanae gladiatores laetae vident.	
Hadriano multum placet Alexander Magnus.	
Romani servos Graecos habent.	
asinus laetus panem devorat.	
Domitia Paulina commota est in ludo quod magister iratus est.	

## Ex. 9.4

The horse's reins are broken.	
The Romans must rule the Greeks.	
The children are happy because they visit Cadiz.	
Nobody remembers the difficult names of the gladiators.	
Boars are best in the hunt.	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 10.1

liberi adsunt in casa. femina intrat. femina est Marciana, soror Traiani. Marciana filiam habet, nomine Matidiam.	
Matidia maritum habet, nomine Lucium Vibium Sabinum. est Matidiae et marito filia nova, nomine Vibia Sabina.	
Hadrianus est carus Matidiae. puer Matidiae multum placet.	
Matidia Hadrianum ad filiam parvam ducit. "mea filia est," inquit. "cupio vos esse amicos."	
filia est bella. puer diu tacet quod modestus est. tandem "Matidia, quid agis?" inquit. "nonne Bucephalum videre cupis? meus equus est."	
Matidia ridet. equos magnopere amat.	
Matidia respondet, "ego equum videre cupio. sed quid est in stabulo? Bucephalus non adest!"	
asinus in stabulo solus stat. equum rursus momordit. Hannibal igitur equum in agrum duxit ubi nemo mordet.	
Hadriano Matidia dicit, "sanguinem video! equus tui vulneratus est asino stulto!	
nobis necesse est equum bene curare."	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 10.2

Matidia et Hadrianus a stabulo veniunt et in casam intrant. Domitia Paulina adest. Traianus in sella diu sedet quod liberos exspectat.	
"diu vos exspecto," inquit. "Marciana et Plotina quoque vos diu exspectant."	
difficile est Traiano liberos spectare. "ego," inquit, "aliquid momenti vobis narrare debeo.	
necesse est mihi Romam ire. ego praetor Romae electus sum.	
Hadriane, tu mecum venire debes. tu es puer bonae familiae et esse bonus Romanus discere debes.	
sed Domitia Paulina, tu in Hispania manere debes. Marciana te curat. iam Matidia tibi est amica et soror nova."	

## Ex. 10.3

It is necessary for me to go to the stable and for you to care for the wounded horse.	
Trajan has been elected praetor of Rome.	
Matidia and Domitia Paulina, you must stay in Spain.	
Hadrian is shy but looks at Matidia because she is so pretty.	
Marciana and Plotina come to Rome where Trajan is now praetor.	

## Ex. 10.4

difficile est equitare.	
nobis magnum est amicos habere.	
benignum est aegros curare.	
necesse est Domitiae Paulinae in Hispania habitare.	
optimum est asino equum mordere.	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 11.1

Traianus dicit, "cras nobis necesse est Romam iter facere."	
Hadrianus dicit, "equos fortes habere debemus! Roma longe ab Hispania abest."	
Traianus respondet, "noli tam stultus esse, puer! Romam equitare non possumus. in navem conscendere debemus ut ad Italiam veniamus.	
primum Gades, deinde Romam per apertum mare hoc iter faciamus."	
Traiani consilium Hadriano multum placet sed fessus est.	
"cura ut bene dormias," inquit Traianus. "cras iter nobis non facile erit."	
tandem ad cubicula eunt ut dormiant.	
puer in somnio ad navem venit ut in apertum mare eat et ad Italiam naviget.	
Traianus et puer in navem conscendunt ut Romam navigent.	
iter longum est sed tandem Italiam vident. e nave descendunt ut urbem visitent.	





# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 11.2

clament	<i>they may shout, let them shout</i>
capiam	
devoretis	
equitemus	
regunt	
respondeat	
teneo	
teneam	
vocem	
sitis	
adsunt	

## Ex. 11.3

Let me see	<i>videam</i>
I may descend	
You (s) may hear	
We may be	
Let me go down (descend)	
I may desire	
They should shout	
You (s) should send	
Let him serve in the army	
Let's see	
It may be necessary	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex 11.4

Traianus et Hadrianus e nave descendunt ut ad urbem eant.	
imperator Domitianus Traianum rogat ut praetor Romae sit.	
praetor Romam venit ut ludos civibus det.	
Traianus puerum ad ludum ducere cupit ut Hadriano magistrum novum inveniat.	
Hadrianus ad ludum ire cupit ut de Graecis multa discat.	

## Ex. 11.5

The emperor Domitian sees the new praetor and smiles.	
Trajan desires to bring (in Latin, <i>to lead</i> ) Hadrian to the new school, so that he may see the new teacher.	
The praetor asks the emperor to (in Latin, <i>so that he may</i> ) look at the amphitheatre.	
The senators see Trajan and praise Domitian, because they are happy.	
The donkey is not happy. He is sad and miserable, because Hadrian is not in Spain.	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 12.1

Traianus puero urbem ostendit. "ecce Palatium," inquit, "ubi pugna Romuli et Remi erat. Romulus rex primus Romae erat.	
hoc est palatium imperatoris, quod Domitianus sibi aedificat, ut omnes videant et attoniti sint. palatium est magnum et magnificum.	
stadium etiam Domitianus in palatio aedificat, ubi ludos sibi et amicis habeat.	
ecce villa Liviae, uxoris Augusti, qui pacem Romae et populo Romano tulit.	
illud est forum, ubi templa deorum sunt. illud est templum, ubi corpus Iulii Caesaris dictatoris crematum est.	
hoc est amphitheatrum novum. opus est Imperatoris Vespasiani. quinque annos apertum est. optimum est omnium amphitheatrorum in imperio Romano.	
illud est Tiberis flumen. pons iam centum annos stat. est opus Lucii Fabricii. pons manet ut cives Romani insulam Tiberinam visitent."	
"urbs Roma optima est," inquit Hadrianus. "mihi multum placet!"	
"cras mihi necesse est magistrum reperire ut te doceat," inquit Traianus.	
"quid? eheu! sollicitus sum!" inquit Hadrianus.	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 12.2

Traianus Hadrianum Romam ducit ne in ludum Italicae ire debeat.	
magister ludi ridet ne puer modestus sit.	
Plotina Domitiam Paulinam curat ne fleat.	
Romulus Remum fratrem necat ne populum Romanum regat.	
te teneo ne cadas.	

## Ex. 12.3

I came to school today to learn a bunch of stuff.	P
The teacher asked me to read chapter 12 of this book.	
I warned my friend not to talk so much in class.	
We all tried our best so we would get good marks.	
Hadrian urges the donkey to walk more quickly.	
I study hard so I can go to the best university.	
Trajan was asked by Domitian to come to the palace.	
The praetor was elected so he could run affairs in Rome.	
Ovidius went into the stable so he could eat his hay.	
I asked you not to go there, so that you wouldn't find this out!	

## Ex. 12.4

rogo te ut taceas.	
Plotina Annam urget ut Domitiam Paulinam curet.	
curate ut bene dormiatis.	
praetor ut optimi sint ludi in amphitheatro curat.	
Traianus ut optimus magister ludi Hadriano sit curat.	

## Ex. 12.5

Trajan asks Hadrian to be silent.	
Trajan urges the boy not to be worried about the new school.	
Come to the forum, so that you can see the temples of the gods.	
They come to the Palatine Hill so that they can see the palace of the emperor Domitian.	
Domitia Paulina asks Hannibal to take (lead) the donkey to the field so that he can eat (devour) the grass.	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 13.1

Traianus puerum in aulam magnificam ducit. senex benignus media in aula stat.	
"hic est Marcus Fabius Quintilianus," inquit Traianus. "amicus meus est, qui ex Hispania venit. optimus est omnium rhetorum Romae."	
"quid est rhetor?" rogat Hadrianus.	
"rhetor discipulos docet quomodo orationes habeant."	
Hadrianus rogat cur necesse sit orationem habere.	
Quintilianus ridet. "puer multa discere debet. sed nobis Hispanis facile est discere, quod callidi sumus et diligenter laboramus. Hadriane, nisi senatores Romani orationes in Curia habeant, nihil nobis faciant.	
optimus orator est optimus senatorum. tibi necesse est discere quomodo optimam orationem habeas.	
sed primum grammaticum tibi invenire debemus, non rhetorem. linguam Latinam omnes scimus, quod prima lingua nobis est. nonne Graecas litteras quoque legis? hoc magni momenti est. dic mihi quid scias."	
Hadrianus ridet, "ego litteras Graecas certe lego. Homerus mihi multum placet. amici me 'Graeculum' appellant."	
Quintilianus quoque ridet. "optime puerorum!" inquit.	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 13.2

rogo te quis sis.	
rhetor mihi dicit quis sit.	
grammaticus discipulos docet quomodo linguam Latinam et litteras Graecas legant.	
Quintilianus Hadrianum rogat si Graecas litteras bene legat.	
rhetor discipulos docet quomodo orationes habeant.	
Traianus et Hadrianus ad aulam veniunt ut Quintilianum videant.	
Quintilianus monet ut grammaticum puero invenire necesse sit.	
te moneo ne venias.	
disco ut doceam.	
asinus sollicitus est ubi Bucephalus sit.	

## Ex. 13.3

Trajan asks Hadrian <b>what his friends are doing.</b> (You don't need a word to translate <i>his</i> in Latin)	
Quintilian asks <b>why Hadrian comes to the hall.</b>	
The senators come to the Senate House <b>in order to make speeches.</b>	
Hadrian asks the teacher of rhetoric <b>why it is necessary to make speeches.</b>	
Quintilian warns Hadrian <b>to see to it that he should learn Greek literature (letters).</b>	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 14.1

Quintilianus Traianum et Hadrianum ad ludum invitat.	
Traianus et Hadrianus ad ludum a Quintiliano invitantur.	
"ecce Quintus Terentius Scaurus!" inquit Quintilianus. "optimus est omnium grammaticorum. librum de orthographia scribit. nonne scis quid sit orthographia, Graecule?"	
"bene scio," respondet Hadrianus. "si orthographia negligitur, difficile est litteras legere."	
Scaurus ridet. "et tu, Hadriane, quomodo litterae tuae scribuntur? mihi ostende!"	
Hadrianus Scauro epistulam ostendit quae ad sororem in Hispania scribitur.	
Scaurus epistulam tollit et legit. "litterae bene faciuntur. bene scribis, puer. cura ut epistulae tuae semper tam bene scribantur. sed cur tu Graeculus appellaris?"	
"facile est, magister. Graeculus appellor quod semper Homerum lego. litterae Graecae mihi multum placent."	
"bene est. grammaticum tuum me appelles. in ludum meum te ut studeas invito."	
Hadriano multum placet quod a Scauro in ludum invitatur.	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 14.2

The radishes are under attack <b>by slugs</b> .	Instrument
<b>I am welcomed</b> by my friends.	
<b>I may see</b> you next week.	
The students are taught <b>by a teacher</b> .	
Slugs <b>love</b> making my life hell.	
My radishes <b>may be eaten</b> by slugs by the time I get home.	
<b>I should like</b> to see all slugs eradicated.	
<b>You may seem</b> happy now but wait until you see my radishes.	
<b>I am wanted</b> at home.	
I was injured yesterday <b>by a flying banana</b> .	
This <b>is</b> utter nonsense.	
<b>It may be</b> nonsense but at least it's grammatical nonsense.	

## Ex. 14.3

radices limacibus devorantur.	
si Hadrianus librum Homeri legit, laetus est.	
si Hadrianus multos libros Homeri legat, laetus sit.	
litterae Hadriani ad sororem in Hispania bene scribuntur.	
discipuli Scauri bene docentur.	
grammaticus pueros quomodo bene scribant docet.	
discipuli quomodo litteras Graecas scribant a magistro docentur.	
Hadrianus ab amicis 'Graeculus' vocatur.	
mihi difficile est limaces amare.	
Anna asino radicem dat sed ille non devorat quod limacem videt.	





# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 14.4

Trajan sees Quintus Terentius Scaurus when he is invited to the school.	
If you see me in the street, invite me to your house.	
The donkey is terrified by slugs.	
The teacher is asked by Hadrian why Homer writes such good literature.	
The food is devoured by the donkey in the stable, lest it be eaten by a slug in the field.	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 15.1

Hadrianus librum Homeri de itineribus Ulixis legit. hic liber 'Odyssea' appellatur. haec est fabula mirabilis.	
Hadrianus Scaurum cur 'Ulixes' in hac fabula sic appelletur rogat.	
"cur eum non 'Odysseum' vocamus?" inquit. "is lingua Graeca 'Odysseus' appellatur."	
"nescio cur id sit," Scaurus respondet. "sed nos Romani eum 'Ulixen' semper vocamus."	
"cur 'Ulixen' dicimus? cur non verbum 'Ulixem' dicimus?"	
"quod verbum Latinum 'Ulixes' sicut verbum Graecum declinatur. 'Ulixen' est casus accusativus. non 'Ulixem' Latine dicimus, quod illud verbum non est Latinum."	
"bene est. haec verba Graeca mihi placent. sed cur hunc librum de Ulixem 'Ulissem' non appellamus?"	
"Hadriane, nonnunquam nimium petis! nescio cur hunc librum 'Ulissem' non appellemus!	
sed iam tempus est eum legere. dic mihi, quid de Ulixem scis?"	
"ubi Graeci de equo ligneo descendunt et urbem Troiam delent, Ulixes et amici ab urbe navigant et domum petunt. sed decem annorum iter est. multa pericula eos premunt..."	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 15.2

Ulixes et amici eius ab urbe Troia navigant.	
hi ad insulam Cyclopum veniunt.	
illi sunt gigantes. unum oculum solum in capite habent.	
Ulixes et amici antrum Cyclopi inveniunt. id intrant.	
Polyphemus domum venit.	
eos rogat quid faciant: iratus est quod illos in antro sui videt.	
is duos eorum tollit. illi territi sunt.	
Polyphemus capita eorum in terram frangit.	
ille eos devorat. vehementer ructat.	
Ulixes tristis est quod amici sui sunt mortui. sed quid faciat?	

## Ex. 15.3

Odysseus desires to kill Polyphemus but he (= <i>that</i> in the masculine) is a giant.	
It is dangerous and stupid for them to enter Polyphemus' cave.	
Odysseus asks himself what he should do now.	
It is a long night. He is worried.	
In the morning he has an excellent plan.	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 16.1

Polyphemus mane surgit. duos ex amicis Ulixis rapit et devorat. iterum ructat.	
deinde oves in agros ducit. saxum magnum, ne illi exeant, pro antro movet.	
Ulixes et amici ramum olivae inveniunt. eum secant, ut sicut hasta fiat, et gladiis sui acuunt. deinde Ulixes ipse ramum in flammis tenet ut cuspis dura fiat.	
ubi Polyphemus in antrum venit, omnia eadem ac antea sunt. iste duos amicos Ulixis iterum devorat, sed Ulixes nunc ei vinum dat, ut ille ebrius fiat.	
Polyphemus illi gratias agit et eum quid vocetur rogat. is dicit, "nomen mihi est 'nemo'. neminem me omnes vocant."	
ille dicit, "ecce, nemo, te ipsum ultimum amicorum devorabo. donum mei est."	
ubi Cyclops est ebrius, in terram cadit. Ulixes et amici eundem ramum capiunt et in oculum gigantis istius premunt.	
magnus est fragor, multus sanguis. oculus Polyphemi sibilat, sicut securis, ubi ferrarius eam in aquam ut dura fiat demittit.	
iste clamat, "iuvate me, Cyclopes! nemo me vulnerat. nemo me delet."	
alii Cyclopes dicunt, "si nemo te vulnerat, bene est!"	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 16.2

oculus gigantis tenebris tegitur.	
ille saxum ex antro movet, ut oves in agros exeant.	
oves tangit et terga sentit, ne Graeci ex antro exeant.	
sed ipsi sub oves se celant.	
omnes ex antro tuto fugiunt.	
iste nihil sentit, nihil videt.	
ei in navem conscendunt.	
Ulixes clamat, "O Cyclops, nemo non sum. sum Ulixes, urbium deletor, rex Ithacae, filius Laertis. ego te caecum reddidi."	
Polyphemus magna voce, "O pater Neptune," inquit, "neca istum Ulixen in tuo mari. aut, nisi eum neces, cura ut domum numquam veniat. aut cura ut omnes amici mortui sint et itinera sint longa et difficilia."	
tria saxa ingentia ad navem mittit, sed Graeci fugiunt.	

## Ex. 16.3

Odysseus stands in his ship and shouts to that awful Polyphemus in a loud voice.	
He tells him (=says to him) his name but his friends advise him to be silent.	
The Cyclops asks his father Neptune to destroy the Greeks himself.	
The same Greeks do not know why Odysseus is shouting.	
Don't tell him (=say to him) who you are.	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 17.1

hodie ludi Megalenses sunt. Traianus praetor est, qui populo Romano hos ludos edere debet.	
is animalia multa ex provincia Africa ad urbem ducit, ut in amphitheatro necentur.	
nam populus Romanus ludos multum amat. imperator ipse ad amphitheatrum Flavium venit. in prima ordine sellarum cum praetore sedet.	
sed quid est hoc animal? leo est, quem venatores in amphitheatro necent.	
quae sunt haec? cervi sunt, qui celeriter trans arenam currunt, et ursa magna, quae ferociter pugnat.	
quis nunc adest? servus quidam taurum ferocem ad amphitheatrum quoque trahit. animal, quod ferox est, omnes saeve oppugnat.	
canes in spectaculo adsunt, qui lepores et cervos agitent. spectatoribus, qui in amphitheatro sedent, spectaculum multum placet.	
quid est? tigris virgatus est, cuius dentes venatores terrent.	
aliquis struthiocamelos duos ducit, quibus Traianus multos denarios reddere debet.	
elephantus, cui magna proboscis est, in arenam non venit. in pompa magna, quam Traianus per vias urbis ducit, lente ambulat.	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 17.2

J K Rowling is the author who wrote about Harry Potter.	
Donkeys are animals which eat carrots.	
There are some people who think they can see rabbits everywhere.	
This is the shop from which I bought two ostriches.	
My sister, whom you know, has some terrible habits, amongst which are some I cannot even mention.	
These are the people whom I told you about, whose horse bit me.	

## Ex. 17.3

I love dogs. They never bite people.	
Do you know my mother? My sister often talks about her.	
The animals enter the arena. It is a very dangerous place.	
Domitian thought that Trajan had put on an excellent show. He had given the responsibility to him.	
The Romans were a cruel people. Bloodshed appealed to them as entertainment.	
When I see people, I smile. I like them.	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 17.4

Traianus est praetor qui ludos in amphitheatro edere debet.	
Imperator Domitianus ad ludos, quos Traianus edit, venit.	
aliquis in arenam leonem ducit.	
spectatores, quibus ludi multum placent, plaudunt.	
venator, cuius hasta est longa, leporem terret.	
omnes gladiatores, quibus necesse est pugnare, Imperatorem salutant.	
"nos morituri te salutamus."	
venator quidam amicum poscit si sciat quis in prima ordine sellarum sedeat.	
amicus eum rogat cur poscat.	
venator ei respondet, "Imperator Domitianus est, qui omnes terras Romanas regit."	

## Ex.17.5

This is something new, which I don't like (= is not pleasing to me).	
The emperor Domitian is sitting near the praetor Trajan, who organises the games for the people of Rome.	
The hunters are terrified by the boars and tigers, which may kill them in the amphitheatre.	
The former (=boars) attack the hunter, but the latter (=tigers) devour the body of a gladiator, which is lying in the arena.	
The donkey runs in his field. "Who would desire to visit Rome?" he asks himself.	





# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 18.1

Hadrianus mane surgit. hodie multa facere debet. itaque ei multa sunt facienda.	
epistulam sorori in Hispania scribere debet. epistula igitur Hadriano est scribenda.	
sed Traianus eum ad se venire iubet. Hadrianus ad illum audiendum venit.	
"Domitianus in Daciam adire cupit. nam rex novus, Decebalus, Romanis periculosus est. Cornelius Fuscus mortuus est, cui imperium Daciae Domitianus dederat."	
Hadrianus, "sed quid mihi hoc est?" inquit. "et quid tibi? quid nobis faciendum est?"	
Traianus dicit, "praetor sum, et mihi faciendum est quid imperator cupiat. ille me rogat ut ad Hispaniam eam. legionis igitur VII Geminae dux novus sum."	
Hadrianus, "quid?" inquit. "quid? sed ubi est haec legio septima Gemina?"	
"in Hispania Tarraconensi," inquit Traianus. "urbi nomen Legio est. sed hic tibi Romae manendum est, ubi studere debes. Publius Acilius Attianus tibi alter custos est et te curabit."	
"ille Attianus Italicae? amicus patris mei?"	
"ita vero. in absentia mea, ille cum uxore mea Plotina te ut valeas curabit."	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 18.2

Domitianus Cornelium Fuscum in Dacia relinquit, qui milites ducat. imperator ipse Romam venit.	
Fuscus naves multas ducit ut pontem trans flumen aedificet ut Dacos oppugnet.	
Fuscus milites ad novum regem Decebalum oppugnandum ducit.	
Decebalus Fuscum superat. ducem militum necat et exercitum delet.	
Domitianus in Palatio est, ubi stadium novum aedificat. nuntius ei de militibus in Dacia narrat.	
"quid agendum est?" inquit. "quis mittendus ad Dacos superandos?"	
ego ipse ire debeo. Decebalus oppugnandus, necandus est.	
omnes legiones quas habemus vocandae sunt. omnes milites et duces habere debeo.	
una legio e Britannia revocanda est, ut veniat ad Daciam.	
cum sex legionibus Daci nobis oppugnandi sunt."	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 18.3

I must study carefully to understand this.	
The leader builds a bridge to capture the soldiers.	
Decebalus comes to attack Fuscus.	
Domitian leads six legions to destroy the Dacians.	
We have to do these things.	

## Ex. 18.4

currendo fessus sum.	
hoc est consilium agendi.	
asinus optimus est ad nimium consumendum.	
discimus docendo.	
Daci de fugiendo consilium capiunt.	
nimum vini bibendo tu ebrius fis.	
equitando domum eo.	

## Ex. 18.5

Homer is the master of telling stories.	
Fuscus desires to attack Decebalus by building a bridge.	
The work of looking after the province is difficult.	
Domitian sends Trajan to Spain to look after the province.	
The donkey has a memory of seeing Hadrian.	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 18.6

Domitianus Dacos <b>superandos</b> cupit.		
imperatoris oratio <b>habenda</b> est in Curia.		
mihi multum placet fabula <b>narranda</b> .		
liberi multa <b>studendo</b> discunt.		
opus bene <b>docendi</b> magistro difficile est.		
Traianus huc ad legionem septimam Geminam <b>ducendam</b> venit.		
tibi <b>manendum</b> est, Hadriane.		
epistula ad te Traiano <b>scribenda</b> est.		
asinus ad herbas <b>consumendas</b> in agrum exit.		
haec sunt vobis <b>intellegenda</b> .		



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 19.1

Attianus Hadrianum ad se venire iubet.	
"ego tibi aliquid momenti dicere debeo. soror tua Domitia Paulina quattuordecim annos iam habet. necesse est nobis maritum ei invenire."	
"hoc scio," inquit Hadrianus. "sed quis sit, nescio. quid Traianus agere cupit?"	
"ut scis, ille exercitum in Hispaniam ducit. sed Domitianus me rogat ut Domitiam Paulinam demus in matrimonio Lucio Iulio Serviano."	
"Serviano? isti consuli suffecto? sed senex est! quadraginta annos habet. non bene est sorori meae. nimium annorum habet. hic dies niger nobis est."	
"sed dives est ille, et potens in senatu. bona res est tibi et familiae tuae."	
"hoc Domitiae Paulinae difficile est. senes Romanos non amat, nec Romae habitare cupit. res ei gravis est."	
"nobis omnibus gradus difficiles capiendi sunt. tempora sunt periculosa, et princeps periculosus, nisi facimus quod cupiat."	
"bene est. Servianus Domitiam Paulinam uxorem habeat. sed si illa cum eo infelix fiat, quid faciamus?"	
"nescio. nos omnes sumus in manibus deorum et principis potentis."	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 19.2

rem	<i>5th</i>	<i>Acc</i>	<i>Sing</i>	<i>Fem</i>
gradui				
apris				
leonis				
ancillas				
spectacula				
servi				
dierum				
magistro				
spei				
capitibus				

## Ex. 19.3

manus – genitive plural	<i>manuum</i>
genu – accusative plural	
Hannibal – genitive singular	
Dacus – dative plural	
species – dative singular	
impetus – dative singular	
Iulius – vocative singular	
Paulina – ablative singular	
urbs – genitive plural	
struthiocamelus – dative singular	
dux – genitive plural	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 19.4

Traianus cum exercitu in Hispania Roma abest.	
Domitianus ipse exercitum in Dacos ducit.	
princeps Attianum rogat ut Domitia Paulina in matrimonium cum Serviano eat.	
puella nec Romae habitare nec senem maritum habere cupiat.	
res est periculosa, quod princeps ipse haec rogat.	
Domitia Paulina quattuordecim annos habeat sed Servianus quadraginta habet.	
patres Romani saepe filias senibus in matrimonio dant.	
omnibus fides principi danda est.	
Attianus puellam in manus Serviani dare cupit.	
Domitia Paulina uxor consulis suffecti fit.	

## Ex. 19.5

We must give our loyalty to the emperor.	
Attianus warns Hadrian to do what the emperor desires.	
It is dangerous for us to neglect these things.	
We should have hope.	
The donkey is glad: nobody desires him to be married. <i>(lit. so that he should go into marriage).</i>	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 20.1

Hadrianus epistulam brevem a Traiano accipit.	
TRAIANUS CUSTOS HADRIANO FILIO SALUTEM DAT.	
imperator Domitianus, ut scis, bellum in Dacos gerit. hostes sunt difficiliores quam speraverat.	
sed Antonius Saturninus defectionem inter milites Moguntiaci facit. res gravis est atque gravior fit.	
hic enim Chattis, qui hac in regione habitant, ut quoque deficient persuadet.	
imperator tamen sollicitus est. mihi ut cum legione septima Gemina ad se quam celerrime adeam imperat.	
mihi non diutius manendum est in Hispania sed ad flumen Rhenum celeriter procedendum. res est plena periculis sed castra nobis prope flumen ponenda sunt.	
tu cura ut diligenter labores et studeas. togam virilem mox gerere debes, quod paene iuvenis es.	
Domitia Paulina Serviano in Hispania nubere cupit, deinde cum marito novo Romam adire, ubi consul suffectus fiat.	
optimum est tibi Italicam ire ut adsis matrimonio tuae sororis. tum togam virilem ibi cum sorore tua et Plotina mea sumas. melius ita est omnibus. itaque, cura ut Italicam adeas. vale.	





# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 20.2

celer – superlative adjective, accusative masculine singular	<i>celerrimum</i>
callidus – comparative adverb	
stultus – superlative adjective, genitive feminine plural	
iratus – comparative adjective, accusative neuter plural	
miser – superlative adverb	
tristis – comparative adjective, dative masculine plural	
fortis – normal adverb	
potens – comparative adjective, accusative masculine singular	
ferox – superlative adverb	
pulcher – comparative adjective, dative feminine singular	
difficilis – superlative adverb	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 20.3

<p>"quid est hoc? nonne hasta est? cur hastam tenes?" Hadrianus Plotinam rogat.</p>	
<p>"ita vero. hasta est quam Anna sumit ut crines Domitiae Paulinae componat.</p>	
<p>nam Servianus et Domitia Paulina iunctionem dextrarum hodie faciunt."</p>	
<p>"quam bella est puella! consule uxor digna est!" inquit Plotina.</p>	
<p>Servianus ridet. multo senior est quam uxor nova, sed hodie eius maritus fit.</p>	
<p>"ubi tu Gaius, ego Gaia," inquit Domitia Paulina.</p>	
<p>Servianus per vias Italicae eam domum ducit. ab omnibus in viis ioci scurriles clamantur.</p>	
<p>Hadriano Plotina, "et tu, nunc iuuenis es, non diutius puer," dicit.</p>	
<p>"haec est toga virilis quam cras gerere debes. quam mirabile!"</p>	
<p>"nunc iuuenis fio. nunc cum amicis ad venationem quam celerrime adeam! apri, cavete! Bucephale, paratus esto!"</p>	



# Imperium rough work sheets


© Julian Morgan 2013

## Ex. 20.4

The city is full of shouting. (= shouts, plural)	
The horse is worthy of a great emperor.	
Riding (use a gerund) is more dangerous than writing (use a gerund).	
The Roman soldiers walk through the streets, which are full of Dacians.	
The donkey is as happy as possible when he sees Hadrian.	

## Ex. 20.5

Augustus omnium principum maximus est.	
Daci fortiter pugnant sed Romani fortissime bellum gerunt.	
Anna est pulchra sed Domitia Paulina multo pulchrior est quam ancilla.	
melius est dare quam accipere.	
hoc mihi minime interest.	
diutissime id facio quod non diutius facere cupio.	
plus pecuniae mihi habendum est, plura tibi agenda.	
faciliora sunt haec illis.	
qui pessima expectant, eis plurima sunt meliora quam sperent.	
saepe infelices sunt, qui optima sibi semper cupiunt.	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 21.1

Hadrianus Aquincum venit ubi tribunus militaris fiat. necesse est ei discere quomodo Romani contra hostes imperium defendant.	
in principia castrorum venit, ubi cum comitibus novis conveniat. mandata legati hic accipere possunt.	
iuvenis quidam ad Hadrianum appropinquat.	
"salve," inquit. "ego Marcus Turbo sum, ac tibi novus comes. tu, quis es?"	
"Hadrianus, tribunus militum. adsum ut auxilium vobis praebeam et quomodo hostes temperemus discam. quid nunc faciamus?"	
"ad tribunal adimus, ut mandata legati accipiamus. nonne vis mecum ire?"	
"tecum ire volo et omnia de hostibus discere. num in hac regione periculosum est?"	
"nonnunquam hostes nos aperte oppugnant, sed saepius in secretis locis se celare malunt, unde impetus inopinatos facere possint.	
saepissime tamen, castra custodire, non hostes oppugnare, debemus.	
sed nunc nobis legatus audiendus."	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 21.2

milites legionis II Adiutricis de Britannia nuper veniunt. inter se sermones varios ha	
"Aquincum mihi non placet. in Britanniam redire volo. uxorem in vico quodam ibi habeo."	
"uxorem? militibus Romanis uxores ducere non licet. quid dicere vis? tu militas: ancillam habeas, non uxorem."	
"num ad Britanniam redire velle potes? ego illuc redire numquam volo. semper pluit et incolae mihi non placent."	
"in regione, quae Caledonia appellatur, hostes sunt periculosissimi, montes altissimi, quos ascendere semper debemus."	
"hostes latent, tela inopinate iaciunt, castra incendunt, effugiunt."	
"frustra laboramus ut insulam istam occupemus. cum audaces simus, pauci nostrum stulti sumus. Britanni sunt molesti, crudeles, periculosi. eis non credere potes."	
"etiam legatus Agricola hoc opus efficere non potest."	
"Agricola? Domitianus nec ei nec nobis gloriam dare vult. nos huc mittere mavult. uxorem meam desidero..."	
"eheu! uxor tibi desideranda! nobis tamen hic manendum est. quam crudelis fortuna!"	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 21.3

We may go	<i>eamus</i>
They want	
I may prefer	
She does not want	
We carry	
They may be able	
To want	
Don't (pl)	
Go! (s)	
you (s) can	
They do not want	

## Ex. 21.4

legatus castrorum Hadrianum ad principia arcessit.	
"noli commotus esse," inquit. "mandatum habeo ab imperatore, qui te Oescum mittere constituit."	
"cur Oescum ire debeo? cur hic manere non possum?"	
"Domitianus te Oescum mitti vult, ut tribunus militaris ibi fias."	
"sed iam tribunus militaris sum! malim hic manere, sed nobis efficienda sunt quae imperator velit."	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 21.5

Hadrian is summoned to the commander of the camp of Oescus.	
"You must go to Mainz, where you must become a military tribune again.	
Servianus is the commander of the soldiers in Germany and your new leader.	
Your guardian Trajan wants you to be sent there so you can learn as much as possible about the Germans.	
Now you are to be called <i>three-tribunes-Hadrian.</i> "	

## Ex. 21.6

princeps omnibus odio est. multi eum mortuum esse desiderant. nam crudelis et difficilis est.	
Domitianus ne necetur timet. muros palatii igitur e marmore facit, ut omnes qui appropinquent videat.	
alii ferro eum necare volunt, alii veneno. pauci coniurati, inter quos uxor Domitiani, non hoc, sed illud, facere constituunt.	
princeps est mortuus, pugione vulneratus.	
necesse est novum principem Romae invenire. quis fiat?	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Martial's messages 21

sunt bona, sunt quaedam mediocria, sunt  
mala plura

quae legis hic: aliter non fit, Avite, liber.

carmina Paulus emit, recitat sua carmina  
Paulus.

nam quod emas possis iure vocare tuum.

basia das aliis, aliis das, Postume, dextram.

dicis 'utrum mavis? elige.' malo manum.

versiculos in me narratur scribere Cinna:

non scribit, cuius carmina nemo legit.

laudat, amat, cantat nostros mea Roma  
libellos,

meque sinus omnes, me manus omnis  
habet.

ecce rubet quidam, pallet, stupet, oscitat,  
odit.

hoc volo: nunc nobis carmina nostra placent.





# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 22.1

nonnulli senatores Marcum Cocceium Nervam ut princeps fiat petunt.	
"tunc urbi Romae princeps esse velis? nonne eris princeps bonus? nonne eris melior populo Romano quam iste Domitianus?"	
"nisi hoc fecero, Roma republicam iterum habebit. meliusne est Romae principem habere quam rempublicam?"	
"respublica non diutius manere potest. provinciae nobis regendae sunt, et omnes res Romanae nunc in manibus principis sunt. tibi hoc faciendum est."	
"sed senex sum et mors mihi imminet. hoc faciam, sed Romae heres principis inveniendus est. quis sit, nescio."	
"heres tibi erit Traianus. optimus peritissimusque est omnium senatorum."	
"ita vero. id quod dicis, verum est. mihi heres Traianus sit."	
"Traianum rogabimus si heres principis fieri velit. num recusabit quod rogemus?"	
"si recusaverit, alium heredem inter senatores invenietis. nam nobis petendus heres."	
"senatus populusque Romanus igitur te principem creant! salve, imperator!"	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 22.2

plurimi senatores damnationem memoriae Domitiani poscunt.	
"memoriam pessimi omnium principum condemnabimus.	
omnes statuae inscriptionesve delendae sunt. etiam nummos istius principis solvemus ut novos nummos ex eis creemus. caput eius ab omnibus monumentis aedificiisve eradendum est."	
milites praetoriani Nervam ut percussores Domitiani puniat rogant.	
"num impunitas istis erit? nonne percussores puniemus?"	
"qui Domitianum, pessimum principem, necaverunt, eos punire nolo. melius est Romae eum mortuum habere."	
"nisi tu istos puniveris, te in Palatio tuo tenebimus. nobis maximi momenti est: isti petendi puniendique."	
"esto. sed si me hoc facere cogitis, princeps non diutius ero. vos potentiam omnem habetis, ego nullam."	
"tu sine nobis nihil sis, ac nos sine te idem."	
praetoriani senem cogunt, quod gravissimum ei est. mox mortuus est.	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 22.3

Servianus Hadrianum ad se in principia tertia hora vocat.	
“Hadriane, talia mihi non placent, qualia de te audio. multos dies in venationibus bestias agitas multasque noctes nimium vini bibis. tibi autem virtus in castris probanda est, non in vici tabernis.	
quid quaeris? num ita gloriam honoresve petis? num Traiano quod tu facis placet? semper ludis, numquam laboras.	
te moneo ne tantis in venationibus adsis. venatio colonos decet, non milites.	
multos dies multasque noctes ego et soror tua de te solliciti sumus. haec Traiano debere dicere nolo. nimis est. brevi tempore tribunus militaris melior fieri debes. tribune, dimitteris!”	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 22.4

<p>nos omnes ebrii erimus ubi nimium vini biberimus.</p>	
<p>Servianus Hadrianum in castris manere iubet, ne in aliam venationem exeat.</p>	
<p>nuntius, ut mortem Nervae militibus nuntiet, Moguntiacum advenit.</p>	
<p>illa nocte Hadrianus Bucephalum e stabulo clam aufert, ut ad Traianum equitet mortemque Nervae ei nuntiet.</p>	
<p>ubi Traianus Romam advenerit, nonnulli eum timebunt.</p>	

## Ex. 22.5

<p>Nerva will become divine when death takes him.</p>	
<p>If Servianus hears about the escape of Hadrian, he will be very angry.</p>	
<p>If you see me in the pub, I will buy wine for you.</p>	
<p>When Trajan sees Hadrian, he will be very happy.</p>	
<p>Servianus will not be able to hold Hadrian in the camp if he decides to go to Mainz.</p>	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Martial's messages 22

qualem, Flacce, velim quaeris nolimque  
puellam?

nolo nimis facilem difficilemque nimis.

illud quod medium est atque inter utrumque  
probamus:

nec volo quod cruciat nec volo quod satiat.

plus credit nemo tota quam Cordus in urbe.

"cum sit tam pauper, quomodo?" caecus  
amat.

semper pauper eris, si pauper es, Aemiliane:

dantur opes nullis nunc nisi divitibus.

omnia, Castor, emis. sic fiet ut omnia  
vendas.

cum facias versus nulla non luce ducenos,

Vare, nihil recitas. non sapis atque sapis.



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 23.1

Hadrianus nunc quattuor et viginti annos habet. tempus est ei uxorem ducere.	
Traianus eum ut de his rebus sermonem habeant arcessivit.	
"tibi nunc necesse est uxorem ducere. ego de his rebus et multum putavi et cum Plotina multos sermones habui. puellam pulcherrimam tibi in matrimonio dare constituimus.	
carissima est, dives, tibi bene nota, facile amanda.	
Sabina est, filia Matidia. Plotina matrem eius num hoc matrimonium ei placeat iam rogavit. ea consensit.	
felix es, quod gens Sabinae nobilis est. fortuna tibi favet."	
"ita vero. Sabinam in matrimonium ducere mihi multum placeat. semper magnum amorem Matidiai habui. semper hoc in animo meo fuit. statim agendum est! nonne illa mihi nubere libenter velit?"	
"ita vero. hoc vespere cenam apud Matidiam Sabinamque habebimus, ubi nuptias vestras comparemus."	
"tu es vir bonus, fidelis, diligens: amorem curamque uxori novae dare debes."	
"neque Sabinam, neque Plotinam fallam. nec te fallam, imperator."	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 23.2

Verb	Tense	Voice	Mood	Translation
audivi	<i>Present Perfect</i>	<i>Active</i>	<i>Indicative</i>	<i>I have heard</i>
vocaverunt				
nolueritis				
rexi				
potero				
auditi sunt				
tulerint				
habebimus				
audientur				
vocatus erit				
noles				

## Ex. 23.3

I have carried in	
We may have carried towards	
They have carried back	
I may have carried together	
You (s) will be carried away	
We will have been carried away	
She has carried in the way of	
They have been carried back	
You (pl) will be carried down	
We will carry forward	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 23.4

Traianus cum Hadriano sermonem habet. "nunc tu quaestor populi Romani factus es.	
ego te ut orationem pro me habeas in Curia rogare constitui.	
tibi explicandum est senatoribus cur bellum gerere contra Dacos constituerimus.	
cura ut hoc diligenter facias, quod magni momenti nobis est."	
"eheu," inquit Hadrianus. "gravissimum onus est."	

## Ex. 23.5

When Hadrian gives the speech, he is mocked by the senators.	
"Can you understand him?"	
"He does not read well in Latin."	
"Perhaps the pretty boy is a good friend of the emperor?"	
"Let him make conversation with his Spanish wife, not with us!"	





# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Martial's messages 23

bellus homo et magnus vis idem, Cotta,  
videri:

sed qui bellus homo est, Cotta, pusillus  
homo est.

bella es, novimus, et puella, verum est,  
et dives, quis enim potest negare?  
sed cum te nimium, Fabulla, laudas,  
nec dives neque bella nec puella es.

declamas belle, causas agis, Attice, belle;  
historias bellas, carmina bella facis;  
componis belle mimos, epigrammata belle;  
bellus grammaticus, bellus es astrologus,  
et belle cantas et saltas, Attice, belle;  
bellus es arte lyrae, bellus es arte pilae.  
nil bene cum facias, facias tamen omnia  
belle,  
vis dicam quid sis? magnus es ardalio.

uxorem quare locupletem ducere nolim  
quaeritis? uxori nubere nolo meae.  
inferior matrona suo sit, Prisce, marito:  
non aliter fiunt femina virque pares.

non omnis nostri nocturna est pagina libri:  
invenies et quod mane, Sabine, legas.



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 24.1

Hadrianus praetor Romae nunc factus est. defectio interea in Dacia rursus erumpit.	
tam dira ac saeva est defectio ut Traianus copias novas ad Daciam oppugnandam convocet.	
Traianus tam perterritus his rebus est ut sine Hadriano Roma discedere non cupiat.	
nam timet ne Decebalus terras Romanas occupet.	
"ego de his multum cogitavi. nunc satis est. tanta defectio facta est ut Dacos opprimere nobis necesse sit.	
patria in tanto periculo est ut ab omnibus defendenda sit. Dacis resistamus!	
postquam regem istum ceperimus, eum interficiemus.	
dum Decebalus vivit, summum periculum Romae imminet. timeo Dacos, ne Romanis semper inimici maneant. eos qui nobis obstant, captivos in triumpho ducamus!	
Romae tantum periculum est quantum nemo umquam viderit! mox igitur discedemus. tot militum habebimus quot nemo umquam viderit! iste rex quales sint Romani cognoscet!	
tu, praetor, arma mecum sumere debes. propter regem Dacorum, nos quam primum Roma discedere debemus."	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 24.2

<p>Romani tam bene pugnant ut Daci vincantur et Sarmizegethusa capiat. illi non diutius liberi erunt. tot militum in proelio sunt ut multi sub pedes amicorum occidantur. talis est virtus Romanorum, qualem Daci numquam viderint.</p>	
<p>Traianus in tribunali sedet, quod hostes perterriti appropinquant ut veniam rogent. Daci imperatorem ne se necari iubeat timent. tantae sunt lacrimae hostium, quantae imperatori ut captivis parcat persuadeant.</p>	
<p>hastae, gladii, pugiones, scuta in cumulos tolluntur. tot sunt telorum Dacorum quot victores numerare non possint. dea Victoria Romanis adest, ac Daci omnia perdiderunt.</p>	
<p>Decebalus ne capiat se occidit. nam magnopere timet ne Romam trahatur, in triumpho ducatur, a civibus Romanis derideatur. princeps ira commotus est, quod iste tantam calamitatem Romam attulit.</p>	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 24.3

dum unus ex equitibus Romanis, Tiberius Claudius Maximus nomine, in Dacos equitat, turbam inimicorum, qui circum regem circumstant, videt.	
nonnulli ante eum lacrimant; pauci inter se disputant; ceteri manus ad caelum deosque tollunt.	
subito ille dicit, "hoc est praemium mihi. hic est finis non solum proelii, sed etiam belli, ac vitae meae. non vivus capiar!"	
Decebalus suo pugione suum in pectus se transfigit, ne a Romanis capiatur ac carnificibus tradatur. in terram cadit.	
postquam rex perit, Maximus rem saeviolem facit. corpus detruncat ac caput ad Traianum affert.	

## Ex. 24.4

Dacia has become a province of Rome.	
The Romans build many camps in the new province because they fear that the Dacians may become dangerous again.	
Trajan decides to hold such games in Rome that nobody has ever seen.	
So many captives are brought from Dacia to Rome that no-one can count them.	
So much money has been brought into Rome that Trajan can now build a new forum in the city.	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Martial's messages 24

'liber homo es nimium' dicis mihi, Ceryle,  
semper.

in te quis dicit, Ceryle, liber homo est.

dimidium donare Lino quam credere totum

qui mavult, mavult perdere dimidium.

quid mihi reddat ager quaeris, Line,  
Nomentanus?

hoc mihi reddit ager: te, Line, non video.

nescio tam multis quid scribas, Fauste,  
puellis:

hoc scio, quod scribit nulla puella tibi.

siccus, sobrius est Aper; quid ad me?

servum sic ego laudo, non amicum.



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 25.1

postquam Romani Daciam occupaverunt, Hadrianus legatus legionis II Adiutricis factus est.	
Traianus Romam adiit, ubi Annius Gallus et Atilius Bradua consules ordinarii facti sunt.	
haec res Hadriano multum displicuit. nam ipse consul ordinarius creari voluit. rem graviter tulit.	
nuntius tamen Aquincum brevi tempore advenit, qui consilia Traiani ei nuntiavit.	
"imperator te consulem suffectum creare constituit. igitur, tibi Aquincum relinquendum est."	
"gaudeo quod consul fiam, sed consul suffectus inferior est consule ordinario, quod mihi non placet."	
"melius est aliquid rei habere quam nihil. tu primus civium Romae eris. ipso a principe ipse electus es.	
cives te consulem habebunt, quamquam duos et triginta modo annos habes.	
honus clarus ac magnus tibi erit. sapiens esto, gaude!"	
"bene est. ego consul suffectus fiam. sed simulatque ea confecerim quae imperator velit, domus mihi postea mutanda erit. nam Athenas visitare diutius volo. Graecus ero barbamque Graecam geram!"	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 25.2

Hadrianus cum uxore Sabina multisque servis Roma discessit. nam Athenas visitare voluit.	
viam Appiam usque ad Capuam ceperunt. tum Beneventum advenerunt unde Brundisium iter fecerunt.	
Brundisium portus magnus est, quo viatores veniunt ut ab Italia ad Graeciam navibus afferantur.	
postquam Hadrianus Sabinaque a nautis excepti sunt, in navem conscenderunt. magister navis est mercator quidam, qui itinera trans mare saepe facit.	
navis eos Actium attulit, ubi urbs Nicopolis stat. ibi Octavianus et Agrippa Marcum Antonium Cleopatramque superaverunt.	

## Ex. 25.3

Nicopolis is the city of victory, which Augustus built after he conquered Mark Antony.	
The philosopher Epictetus lived in this city, where he arrived after he was sent away (dismissed) from Rome by Domitian.	
After the death of Domitian, Epictetus decided to remain here. Epictetus gave advice to many citizens.	
"Caesar cannot give (to) us peace from fever, from a storm, from fire, from love, or from jealousy. If Caesar regards you as his son, nobody will be able to bear your arrogance."	
Hadrian smiled to himself.	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Martial's messages 25

novit loturos Dasius numerare: poposcit

mammosam Spatalen pro tribus; illa dedit.

petit Gemellus nuptias Maronillae

et cupit et instat et precatur et donat.

adeone pulchra est? immo foedius nil est.

quid ergo in illa petitur et placet? tussit.

omnes quas habuit, Fabiane, Lycoris amicas

extulit: uxori fiat amica meae.

femina praeferri potuit tibi nulla, Lycori:

praeferri Glycerae femina nulla potest.

haec erit hoc quod tu: tu non potes esse  
quod haec est.

tempora quid faciunt! hanc volo, te volui.

Thaida tam tenuem potuisti, Flacce, videre?

tu, puto, quod non est, Flacce, videre potes.





# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 26.1

Hadrianus Sabinaque per portum Athenarum ambulabant. naves plurimae ex omnibus partibus imperii Romani ibi adveniebant. mercatores plurimi inter se multos sermones habebant.	
accidit ut navis quaedam ad portum adveniret. nautae celeriter exhibant. multae res ex ea portabantur, quod clarum signum erat adventus notissimi cuiusdam. unus e nautis Marcus Turbo erat!	
subito principem Traianum conspexerunt. ille cum Plotina uxore et Matidia in terram descendebat.	
simulac hos omnes viderunt, Hadrianus Sabinaque, ut eos salutarent, festinaverunt.	
"ave, fili," Traianus risit. "quid agis? quid nobis hic effecisti? cenam postea habebimus, ubi nobis omnia dicere possis!	
hodie laetissimus sum quod Athenis te tuto video. heri, tempestates validae inter fluctus navem pellebant.	
nunc aliquid momenti tibi dicendum est, de sorore mea, Marciana Augusta, quae nuper mortua est. eam divam creare constitui.	
Matidia, mater vestra, nunc Augusta est, domina Romae.	
sed non huc veni ut hoc vobis dicam.	
iste scelestus Chosroes in Parthia seditionem parat. necesse est ei poenas dare!"	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 26.2

Traianus in aula sedebat. in manu epistulam tenebat, quam a servo acceperat.	
epistula a Caio Plinio Secundo scripta erat, quem imperator ad provinciam Bithyniam miserat.	
C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI opto, domine, et hunc natalem et plurimos alios quam felicissimos agas...	
"euge!" inquit. "Plinius semper de talibus putat. semper diligenter laborat ut pacem provinciae afferat."	
ubi epistulam legerat, lente ridebat. servum ut responsum scriberet arcessivit.	
TRAIANUS PLINIO agnosco vota tua, mi Secunde carissime, ut plurimos et felicissimos natales agam...	
ubi responsus Traiani scriptus erat, epistulam alteram legebat. Chosroes quoque principi scripserat. ille Pacorum, regem Parthorum, e Parthia eicere et ipse Parthos regere voluerat.	
Traianus bellum gerere contra Parthos constituerat. nunc non diutius ridebat sed gravior factus erat.	
"bellum erit, Hadriane, longum et difficile. mihi fortasse bellum ultimum.	
te legatum Syriae creare constitui. hic labor tibi erit."	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex 26.3

PRID. ID. IAN.	
A.D. III ID. SEPT.	
KAL. MAI.	
A.D. VII KAL. DEC.	
ID. APR.	
A.D. VIII KAL. OCT.	
NON. NOV.	
A.D. XIV KAL. APR.	
A.D. III KAL. IVL.	
A.D. XVII KAL. AUG.	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 26.4

bella in Parthia ac Armenia longa difficiliaque erant. Traianus nonnullas victorias rettulit, sed senex aeger factus est, cui nimium erat sine fine militare.	
"vae!" inquit. "puto, deus fio." Traianus A.D. VI ID AUG in Cilicia mortuus est. uxor Plotina cum eo aderat, quae Hadrianum semper sicut filium amaverat.	
proximo die, A.D. V ID AUG, epistula, quam imperator ad Hadrianum scripserat, Antiochum, qui erat caput provinciae Syriae, allata est.	
TRAIANUS HADRIANO FILIO ego te heredem meum facere constitui. si mortuus ero, necesse erit tibi orbem Romanum temperare. sicut Iuppiter Veneri olim dixerat, "imperium sine fine dedi".	
Hadrianus dormiebat. in somnio caput eius flamma caelesti tangebatur.	
A.D. III ID AUG, nuntius Antiochum advenit, qui aliquid momenti Hadriano civibusque nuntiaret. "princeps mortuus est. vivat princeps."	

## Ex. 26.5

The heavenly flame touched Hadrian's head.	
Plotina had always loved Hadrian very much.	
Antioch was the capital of Syria.	
Trajan was an old man who was afraid of death.	
The war in Parthia was the last war for Trajan.	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Martial's messages 26

et iudex petit et petit patronus:

solvas censeo, Sexte, creditori.

scripsi, rescripsit nil Naevia, non dabit ergo.

sed puto quod scripsi legerat: ergo dabit.

cur tristiozem cernimus Saleianum?

'an causa levis est?' inquis, 'extuli uxorem.'

O grande fati crimen! O gravem casum!

illa, illa dives mortua est Secundilla,

centena decies quae tibi dedit dotis?

nollem accidisset hoc tibi, Saleiane.

callidus imposuit nuper mihi copo Ravennae:

cum peterem mixtum, vendidit ille merum.

oplomachus nunc es, fueras ophthalmicus  
ante.

fecisti medicus quod facis oplomachus.



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 27.1

Hadrianus ut cineres Traiani Romam afferrentur primo curavit.	
epistulam scripsit ad senatum, in qua veniam petivit. nam princeps sine consensu patrum factus erat.	
"HADRIANUS AUGUSTUS PATRIBUS CONSCRIPTIS vos oro ut mihi ignoscatis, sed quae Traianus imposuit, nunc nobis facienda sunt.	
magno cum gaudio hoc onus vobis suscipio.	
cineres Traiani vobis nunc committam, quos in columna quae in foro eius hanc ob causam aedificata sit, deponatis.	
Traianus sit divus, sicut alii principes mortui! Attianus praefectus praetorianorum fiet, qui hanc epistulam ad vos attulerit."	
plurimi senatorum in Curia gavisii sunt et vehementer plaudebant. sic Hadrianus princeps factus est.	
sed Hadrianus brevi tempore multas terras, quas Traianus imperio Romano nuper addiderat, incolis reddidit.	
Armenia multaeque partes Daciae a Romanis relictas sunt.	
hanc deditionem patres conscripti oderunt, ac inimici principis consilia capere coeperunt.	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 27.2

Attianus praetorianis, ut quattuor consulares occiderent, mox imperavit.	
"vobis imperavi ut eos interficiatis, quod vos fidelissimi meorum estis.	
ubi Hadrianus princeps factus est, timui hos consulares ne ei obstarent.	
iamque cur non necentur me rogavi.	
illi coniurationem fecerunt qua princeps Roma eiciatur."	
quae cum Hadrianus audivisset, iratissimus Marcium Turbinem Romam misit, ut novus praefectus praetorianorum fieret. Attianum non diutius amicum retinebat.	

## Ex. 27.3

Hadrian began to rule Rome by asking the pardon of the Senate.	
The four consulares hated Hadrian because they did not trust the letter of Trajan.	
They began to make plans amongst themselves to create a new emperor.	
Attianus got to know these things and said, "I remember what (=which things) Hadrian asked me to do in Rome."	
The prefect begins to act by ordering the praetorians to kill the four consulares.	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 27.4

Hadrianus e Syria egressus est. ex urbe Antiocho profectus est.	
ubi Ancyram aggrediebatur, templum Dionysi ingressus est, quod magnopere mirabatur.	
de cultu sacro cum civibus saepe loquebatur, quod magni momenti eis erat.	
illi Hadrianum precabantur ut nomine principis uti possent, sicut novi Dionysi.	
quos ut consilium aliud caperent hortari conatus est, sed tandem id fieri passus est.	

## Ex. 27.5

cives principem in pompa sequebantur.	
gavisi sunt quod ille deum Dionysum secum colebat.	
sacram imaginem dei ad templum portare soliti sunt.	
"numquam antea sicut deus in pompa progredi ausus sum," inquit Hadrianus.	
omnes ad casas suas regrediebantur.	





# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Martial's messages 27

nil recitas et vis, Mamerce, poeta videri:

quidquid vis esto, dummodo nil recites.

pauper videri Cinna vult; et est pauper.

nubere vis Prisco: non miror, Paula; sapisti.

ducere te non vult Priscus: et ille sapit.

miraris, quare dormitum non eat Afer.

accumbat cum qua, Caediciane, vides.

mulio viginti venit modo milibus, Aule.

miraris pretium tam grave? surdus erat.



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 28.1

Hadrianus omnes ad fines imperii aggredi limitesque in Germania Britannia Africa aedificare cupiebat.	
"nescio quando rediturus sim," inquit. "sed villam prope Tibur mihi aedificare cupio, ubi thermas, bibliothecas, theatrum, hortum magnum, etiam silvas habebo.	
mea villa multa saecula hic manebit at vitae meae memoriam servabit.	
sepulcrum mihi oppositum sepulcro Augusti trans Tiberim quoque habebo. illud eandem magnitudinem ac hoc habebit.	
si cives Romani haec viderint, magnopere mirabuntur.	
nisi me decipio, talem Hadrianum, qualem Augustum omnes habebunt.	
si satis temporis habuissem, haec omnia antea confecissem.	
si tamen meis consiliis diligenter usi eritis, aedificia dignissima senatu populoque Romano in urbe habebitis.	
laetus nunc essem si haec opera iam facerentur.	
si Romam revenero, villam aedificatam sepulcrumque confectum videre cupiam. nolite his in operibus laborare desistere."	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 28.2

imperator ad Germaniam pervenit, ubi multis annis antea iste Arminius ut patriam liberaret tres legiones Romanas deleverat. scelus maximum Romanis fuerat.	
Hadrianus pedibus iter faciebat. si contendebat, caput sine galea nudum vultumque in imbrem solemve oppositum gerebat. nam omnes ad modos militum se adhibebat.	
postridie trans Rhenum fluvium vehebatur, cuius prope ripas magnae silvae erant.	
"si barbari nos hac in regione iterum oppugnaverint, imperium nostrum simul rumpetur.	
limitem abhinc ad flumen Danuvium aedificabimus. limes ligneus aedificetur, fossa fodiatur, cuius latera in utraque agger superiaciatur."	

## Ex. 28.3

The emperor hates his wife.	
"I would be very happy if Sabina stayed in Rome now."	
However, Hadrian does not trust Sabina, unless he can see what she is doing.	
"If she does not come to Germany and Britain, there will be danger for me in Rome."	
If Sabina is present, there is always a fight.	
"I would have left the queen of fights in Rome if I had dared!"	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Martial's messages 28

cedere maiori virtutis fama secunda est.

illa gravis palma est, quam minor hostis habet.

nulli, Thai, negas; sed si te non pudet istud,

hoc saltem pudeat, Thai, negare nihil.

quaero diu totam, Safroni Rufe, per urbem,

si qua puella neget: nulla puella negat.

tamquam fas non sit, tamquam sit turpe negare,

tamquam non liceat, nulla puella negat.

casta igitur nulla est? sunt castae mille. quid ergo

casta facit? non dat, non tamen illa negat.

nubere Paula cupit nobis, ego ducere Paulam

nolo: anus est. vellem, si magis esset anus.

septima iam, Phileros, tibi conditur uxor in agro.

plus nulli, Phileros, quam tibi, reddit ager.



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 29.1

inter amicos principis erat Caius Suetonius Tranquillus, qui vitas Caesarum scribebat.	
Suetonius cum Hadriano Sabinaque in Britanniam iter faciebat. nam imperator quid de prioribus principibus scriberet cum eo tractare volebat.	
"Iulius Caesar armorum et equitandi peritissimus, laboris ultra fidem patiens erat. in agmine nonnumquam equo, saepius pedibus anteibat, seu sol seu imber esset; longissimas vias incredibili celeritate confecit, centena passuum milia in singulos dies."	
inter alia, Suetonius scripsit... ... Iulium Caesarem armorum et equitandi peritissimum fuisse.	
... in agmine nonnumquam equo, saepe pedibus contendisse.	
... dictatorem longissimas vias incredibili celeritate confecisse.	
... ab Augusto urbem Romam marmoream relictam esse, quam latericiam accepisset.	
... Tiberium neque opera ulla magnifica fecisse, neque spectacula omnino edidisse.	
... Caligulae vultum vero natura horridum fuisse.	
... Claudio risum indecentem fuisse, iram turpiorem umentes nares.	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 29.2

scriptores nobis tradunt...	
Gnaeum Iulium Agricolam, qui totius Caledoniae occupandae consilium cepisset, Romam a Domitiano revocatum esse.	
postea quadraginta annis, Hadrianum ad Britanniam petivisse, ut multa corrigeret et murum per octoginta milia passuum primus duceret, qui barbaros Romanosque divideret.	
Hadrianum Septicium Clarum praefectum praetorii et Suetonium Tranquillum epistularum magistrum amisisse.	
"exploratores mihi dicunt vos apud Sabinam uxorem familiaris vos egisse quam reverentia domus meae postulet."	
principem uxorem etiam ut morosam et asperam amittere velle.	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 29.3

Hadrian says that he will now visit Spain again, after delaying in Gaul.	
When he entered Nemausus, he heard that Plotina had died.	
The emperor was very sad and ordered the citizens of Nemausus to build a temple for the wife of Trajan.	
The freedman Hannibal said that he was worried about the horse.	
"Borysthenes is ill, master. I think that he will die from the wound."	
When Borysthenes died, Hadrian ordered a tomb to be built.	
"I have never forgotten our donkey Ovidius, who has no tomb," Hannibal said sadly.	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Martial's messages 29

esse quid hoc dicam quod olent tua basia murrum

quodque tibi est numquam non alienus odor?

hoc mihi suspectum est, quod oles bene,  
Postume, semper:

Postume, non bene olet qui bene semper olet.

esse nihil dicis quidquid petis, improbe Cinna:

si nil, Cinna, petis, nil tibi, Cinna, nego.

dicis formosam, dicis te, Bassa, puellam:

istud quae non est dicere, Bassa, solet.

cum sitis similes paresque vita,

uxor pessima, pessimus maritus,

miror non bene convenire vobis.

nil mihi das vivus; dicis post fata daturum.

si non es stultus, scis, Maro, quid cupiam.





# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 30.1

Hadrianus annis laboribusque confectus mentem perturbatam habebat. Lucium Commodum sibi heredem fecit.	
amici inter se disputantes quoque solliciti erant. nam Lucius Commodus aeger erat et sanguinem vomebat. quis enim heres melior futurus esset, si princeps moreretur?	
nonnulli Pedanio Fusco favebant, nepoti Domitiae Paulinae Servianique. sed hoc auditum Hadriano non placebat.	
commotus et iratus, ille Pedanium Fuscum perterritum ad se arcessivit.	
"imperium meum cupientem coniurationem te fecisse audio," inquit. "sed tu, moriturus, lapsus es. custodes, eum auferte!"	
praetoriani Servianum iam nonaginta annos habentem ac trementem ad principem adduxerunt.	
"post mortem sororis meae, solus fuisti, frater. puto te mente deceptum esse. tuum nepotem imperio meo numquam dignum futurum esse.	
iterum te videre non cupio. tu, fac quod tibi faciendum est."	
Servianus irascens se vertit. ita Hadrianum vituperavit.	
"deos testes facio, me nullam iniuriam tibi fecisse. sed de te, hoc solum opto, Hadriane, ut mortem istam desideres, ne possis mori. vale."	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Ex. 30.2

Hadrianus ingruente tristissima valetudine adoptavit Arrium Antoninum, qui postea Pius dictus est.	
Hadrianus autem ultimo vitae taedio iam adfectus gladio se transfigi a servo iussit.	
quod cum esset proditum et in Antonini usque notitiam venisset, ingressis ad se praefectis et filio rogantibusque, ut aequo animo necessitatem morbi ferret, iratus illis auctorem prodicionis iussit occidi, qui tamen ab Antonino servatus est.	
statim testamentum scripsit nec tamen actus reipublicae praetermisit, dicente Antonino parricidam se futurum, si Hadrianum adoptatus ipse pateretur occidi.	
et post testamentum quidem iterum se est conatus occidere; subtracto pugione saevior factus est. petit et venenum a medico, ut se ipse, ne daret, occideret.	
arcessito Antonino in conspectu eius apud Baias periit. invisusque omnibus sepultus est in villa Ciceroniana Puteolis.	

## Ex 30.3

After Servianus was ordered to kill himself, Hadrian died.	
Antoninus, called 'dutiful', became emperor after Hadrian's death.	
Hadrian died in Puteoli, after trying to kill himself.	
After finishing this book, the author is very happy.	



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

## Martial's messages 30

das numquam, semper promittis, Galla, roganti:

si semper fallis, iam rogo, Galla, nega.

primum est ut praestes, si quid te, Cinna, rogabo;

illud deinde sequens ut cito, Cinna, neges.

diligo praestantem; non odi, Cinna, negantem:

sed tu nec praestas nec cito, Cinna, negas.

ignotos mihi cum voces trecentos,

quare non veniam vocatus ad te

miraris quererisque litigasque.

solus ceno, Fabulle, non libenter.

intactas quare mittis mihi, Polla, coronas?

a te vexatas malo tenere rosas.



# Imperium rough work sheets

© Julian Morgan 2013

milia viginti quondam me Galla poposcit  
et, fateor, magno non erat illa nimis.  
annus abit: "bis quina dabis sestertia," dixit.  
poscere plus visa est quam prius illa mihi.  
iam duo poscenti post sextum milia mensem  
mille dabam nummos. noluit accipere.  
transierunt binae forsan trinaeve Kalendae,  
aureolos ultro quattuor ipsa petit.  
non dedimus. centum iussit me mittere nummos;  
sed visa est nobis haec quoque summa gravis.  
sportula nos iunxit quadrantibus arida centum;  
hanc voluit: puero diximus esse datam.  
inferius numquid potuit descendere? fecit.  
dat gratis, ultro dat mihi Galla: nego.

animula vagula blandula,  
hospes comesque corporis  
qua nunc abibis in loca  
pallidula, rigida, nudula,  
nec, ut soles, dabis iocos...